



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1276 Usque Ad Annum 1312

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1766**

**VD18 90118251**

§. 5. Censuræ contra Castilienses.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67012](#)

nes, quæ Guilielmi II tempore viguis- Sæcul.XIII.  
sent: promisitque se summo Pontifici ob- A.C.1283.  
temperaturum. Papa auditis Oratori- n. 46.  
bus, de causa nondum cognita decidere  
recusans, Cardinali Gerardo Parmensi  
suo apud Principem Legato scripsit, ut  
investigaret sedulo, quanta Siculi subsi-  
dia Regi Guilielmo solvissent. Post pri-  
mam illius inquisitionem Papa eundem  
amplius rem indagare voluit. Ultra non  
processit negotium sub hoc Pontifice Ma-  
ximo.

### §. V.

#### *Censuræ contra Castilienses.*

Eodem tempore, quo Papa Martinus decernebat de regno Arragonio, in cassum conabatur pacem reducere in Ca- stiliam, cuius Rex Alphonsus desertus fuerat a plerisque subditis cum filio suo Sanctio contra se conspirantibus. Al- phonsus ad Papam confugiens, ei iussit exponi, hoc dissidium Mauris viam ster- nere ad progressus in Hispania religionis damno faciendos: at is ipse eos accer- bat & Regem Maroci bis adduxit ad fe- rendas sibi suppetias. Orabat igitur Pa- pam, ut Legatum mitteret in Castellam, aut viris quibusdam illic in dignitate con- stitutis præciperet, ut sibi terras adem- ptas restitui, & quam pateretur, insecta- tionem

Rayn.n.54.

Mariana  
lib.x4.c.5.

Sæcul. XIII. tionem tolli curarent. Papa 17 Jan  
A. C. 1283 reposuit sibi non videri mittendum  
elle Legatum, præsertim cum Præfatu  
& Magistros Ordinum militarium jan  
jussisset regni turbis idoneum adhibe  
remedium, ac nondum ab iis responsum  
accepisset.

*Rayn. n. 57.*

Ante dies aliquot Sanctio Castellæ  
Principi per litteras exprobraverat in  
cessum cum Maria in tertio gradu cogu  
ta connubium. Imperat ibi, ut eam pro  
tinus dimittat; illique anathema &  
terdictum locis, in quibus idem vel ei  
dem ageret, minitatur, reservans sibi, ne  
cessè si foret, irrogationem graviorum  
pœnarum spiritualium æque ac tempora  
lium. Dabat 13 Jan. Verum Sanctio  
uxorem retinuit suam, & plures ex  
liberos suscepit, inter alios Ferdinandum  
successorem postea suum regio in folio.

*Mar. ibid.*

Papa dein expectata documenta pro  
babilius nactus, Episcopos, Abbates,  
liosque Præpositos ecclesiasticos, Mag  
istros Ordinum militarium, Proceres  
cunctos incolas Castellæ ac Legionis ce  
terarumque Alphoni terrarum jussit tra  
quillam ei possessionem regiarum urbium  
arcium, terrarum, bonorum, juriumque  
omnium relinquere, jurare fidem, ac re  
liqua præstare officia; inita vero con  
illum foedera quælibet ac societas  
tiām juramentis (quæ declarantur in  
foliis)

ta) confirmatas rescindere. Si non o. Sæcul. XIII.  
tendunt bediant, Archiepiscopo Hispalensi, De A. C. 1283.  
rælulis cano alicui, & cuidam Archidiacono a-  
m jan liarum duarum Ecclesiarum mandat, ut  
dhibea Episcopos ac reliquum Clerum ad tem-  
ponis ponit. Castell prædiis beneficiariis cæterisque bonis,  
erat cognitum pro quæ ab Ecclesia habeant, privatos pro-  
nuncient. Diploma datum est 8 Aug. Mar. c. 7.  
1283. Illi, quibus Papa rem commiserat,  
omnes Sancti fautores anathemate, &  
cunctas urbes cæteraque ejus partium  
loca interdicto affecerunt. Sanctius qui-  
dem se his censuris minime submisit,  
immo executionis Curatoribus pontifi-  
ciis necem intentabat, si in manus ipsius  
inciderent. Sed plures civitates ac Pro-  
ceres permovit censurarum metus, ut ad  
Alphonsum & officium redirent suum.  
Tanto acrius exarsit civile bellum: nam  
partes Sanctii semper præstabant vi-  
ribus.

**S. VI.**

**Concilium Constantinopolitanum. Vec-**

**cus condemnatur.**

Dominantes in Græcia Schismatici stu-  
debat vindictam sumere de cunctis  
Præfulibus sub Imperatore Michaële re-  
conciliationem Romana cum Ecclesia  
amplexis: sed suum odium non demon-  
strabant